UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni. Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia colit ac veneratur.||

Merlin, Jacques

Coloniae, 1530

VD16 M 4842

Conciliu[m] Spalense secu[n]du[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-72934

Visual Library

Leander eccleſiæ ſctē Spalēſis ep̄s hāc cōſtitutionē firmaui & ſubſcripſi, Iohānes ep̄s Agabrenſis hāc cōſtitutionē firmaui & ſub. Agapius eccleſiæ ſctē Cordubēſis ep̄s hāc cōſtitutionē firmaui & ſub. Stephanus ep̄s Eliberitanus hāc conſtitutionē firmaui & ſub. Baſilius ep̄s Elipēſis hāc cōſtitutionē firmaui & ſubſcripſi, Celatus ep̄s Tuicitanus hāc cōſtitutionē firmaui & ſubſcripſi, Petrus ep̄s Alberitanus hāc conſtitutionē firmaui & ſubſcripſi.

Incipiunt capitula concilij Spalenſis ſecundi.

¶De Theodulphi Malacitanæ eccleſiæ querimonijs aduerſus reliquos epiſcopos pro quibuſdam parochijs. 1
¶De q̄rimonijs Fulgētij & Honorij epiſcoporum pro quibuſdā parochijs. 2
¶De deſertoribus clericis, vt epiſcopis ſuis reſtituātur. 3
¶De bigamis ad p̄sbyteriū, vel diaconatum non promouendis. 4
¶Ne presbyteri diaconum, vel presbyterū ordinare præſumāt. 5
¶De presbyteris vel diaconibus ab vno ep̄o non deponendis. 6
¶De his qui prohibētur corep̄is p̄brīs in eccleſiaſticis ſacramētis agere 17
¶De ſuperbis eccleſiæ libertis, vt ad ſeruitū reuocentur. 8
¶De economis, ne ex laicis conſtituātur. 9
¶De monaſterijs nō conuellēdis. 10
¶De monaſterijs virginum, vt à monachis tueātur. 11
¶De quodam acephalorꝫ ep̄orum. 12
¶De duabus in Chriſto naturis & vna perſona. 13

Incipit concilium Spalenſe ſecūdum habitum

Era. DC. LIX. tempore Siſebuti regis.

IN nomine dn̄i & ſaluatoris nr̄i Ieſu Chriſti Iſidorus, Biſinnus, Ru
E ſinus, Fulgētius, Cambra, Fidētius, Theodulpus, & Honorius ep̄i qui pariter in vrbe Spalēſi pro aliquibus eccleſiaſticis negocijs coadunati ſumus. Cōſidētibus ergo nobis ī ſecretario ſacroſctē Hieruſalē Spalēſis ecclīæ cū illuſtrib⁹ viris Siſibuto rectore rerꝫ publicarꝫ atq; Sualanæ actore rerꝫ fiſcaliū ſtāte religioſiſſimo clericorꝫ cætu.

I. ¶Prima actiōe Theodulphi Malacitanæ antiſtitis eccleſiæ ad
F nos oblata p̄catio eſt aſſerētis antiquā eiuſdē vrbis parochiā militaris q̊d ā hoſtilitatis diſcrimīe fuiſſe deciſaꝫ, & ex ꝑte aliq̄ ab ecclījs Aſtrigitanæ Celeberritanę atq; Agabrēſis vrbiū eſſe retentā, ꝓ q̄re placuit, vt omnis parochia quæ ab antiq̄ ditiōe an̄ militarē hoſtilitatē retinuiſſe eccleſiam ſuā quiſquis comprobaret, eius priuilegio reſtitueretur. Sicut em̄ per legē mundialē, hi q̊s barbarica ſeueritas captiua neceſſitate trāſuexit poſtliminio reuertētibus redditur antiq̄ poſſeſſio, non aliter & eccleſia receptura parochiam, quam ante tenuit cum rebus ſuis ſiue ab alijs eccleſiis poſſideatur, ſiue in cuiuslibet poſſeſſionē trāsfuſa ſit, non em̄ erit obijciēda præſcriptio temporis, vbi neceſſitas intereſt hoſtilitatis.

G II ¶Inter memoratos fratres noſtros Fulgentiū Faſtigitanū, & Honoriū Cordubēſem ep̄os diſcuſſio agitata eſt ꝓpter parochiā Baſilicæ cuiuſdā, quàm horꝫ alter Celticenſem, alter Reginenſem aſſeruit, & quia inter vtraſq; ꝑtes hactenus limitis actio vindicata eſt, cui q̄uis vetuſta retentōe nullū iuris præiudiciū afferret. Ideoq; ne in dubiū vltra inter eos noſtra denotaretur ſentētia prolatis canonibus ſynodalia decreta ꝑlecta ſunt, q̊rꝫ authoritas præmonet ita oportere inhiberi cupiditatē, vt ne quis terminos alienos vſurpet. Ob hoc placuit inter alternas ꝑtes inſpectionis viros mittēdos, ita vt ſi in diocœſis poſſidētis ſitam baſilicā veteribus ſignis limes p̄uiſus monſtrauerit, eccleſiæ cuius ius eſt retētionis ſit æternum dominiū. Quod & ſi limes legitimus eādem baſilicā non recludit, & tn̄ longe tēporis probatur obiecta p̄ſcriptio, appellatio repetētis ep̄i non valebit, quia illi trigenalis obiectio ſilentiū imponit, hoc em̄ & ſeculariū principum ædicta præcipiunt, & præſulum Romanorꝫ decreuit autoritas, ſin vero infra mętas trigenas temporis extra alienos terminos Baſilicæ iniuſta retētio reperitur, repetētis ep̄i iuri ſine mora reſtituetur.

H III ¶Tertia definitōe ad nos oblata p̄catio eſt à reuerēdiſſimo fratre nr̄o Cābra Italicēſi ep̄o pro q̄dā clerico Paſſando, qui de ecclīæ ſuæ cultu in q̄ dicat⁹ ab exordijs infantiæ fuerat, ad eccleſiā Cordubēſem ſe cōtulit, quē elegimus vt ſi nihil ꝓponeret de eo, ſine dilatōis obiectu ꝓprio reformet̃ ep̄o. Scribit̃ em̄ in lege mūdiali de colonis agrorꝫ, vt vbi eſſe quiſq; iā cœpit ibi perduret. Nō aliter & de clericis qui in agro eccleſiæ operātur, canonū decreto p̄cipit̃, niſi vt ibi ꝑmaneāt vbi eē cœperūt. Ideoq; placuit, vt ſi quis cleric⁹ in miniſterijs

eccleſiæ

eccleſiæ propriæ deſtitutis,ad aliam tranſitũ fecerit,compellente ad quem fugerit ſacerdote
ad eccleſiam quam prius incoluerat remittatur,qui vero eũ ſuſceperit,nec ſtatim ſine vllo ni-
ſu exceptionis ad propriã eccleſiam remittendũ elegerit,quamdiu eũ reſtituat communione
ſe priuatum agnoſcat,deſertorem autem clericum cingulo honoris atq; ordinationis ſuę exu
tum,aliquo tempore monaſterio religari conuenit,ſicq; poſtea in miniſterio eccleſiaſtici or-
dinis reuocari,nã non poterit in talibus propagationibus aboleri licentia,niſi fuerit in eis ꝓ-
pter correptionẽ diſciplinæ ſubſecuta cenſura.

IIII. ¶Quarta actione nuntiatũ eſt nobis apud Aſtigitanã eccleſiã quaſdã nuper ordinatio A
nes illicitas extitiſſe,ita vt quidã viduaꝝ mariti leuitaꝝ miniſterio ſacrarent,quos quidẽ con
uenit à gradu ſuſcepto in irritũ deuocari,nec vltra prouehi ad diaconij miniſteriũ qui contra
diuina atq; eccleſiaſtica iura inſtituti reperiuntur.

V. ¶Quinto iudicio ad agnitionẽ nr̃i examinis Agabrẽſis diaconi relatu deductũ eſt de q- B
buſdã ipſius eccleſiæ clericis,q̊ꝝ dũ vnus ad pbr̃i,duo ad leuitaꝝ myſteriũ ſacrarent,ep̃s eorũ
oculoꝝ dolore detẽtus fert manũ ſuã ſuꝑ hos tantũ poſuiſſe,& pbr̃ quidã illis cõtra eccleſia-
ſticũ ordinẽ bñdictionẽ dediſſe,q licet propter tantã p̃ſumptiõis audaciã poterat accuſatus iu
dicio p̃ſenti dãnari,ſi adhuc in corpore poſitus nõ fuiſſet mortis vocatõe p̃uẽtus,ſed qa iã ille
examini diuino relictus,hũano iudicio accuſari nõ p̃t,hi q ſupſunt & ab eo nõ cõſecratiõis ti-
tulũ,ſed ignominię elogiũ ꝑceperũt,ne ſibi licẽtiã talis vſurpatio faciat,decreuimus vt à gra-
du ſacerdotalis vel leuitici ordinis quẽ peruerſe adepti ſunt,depoſiti,æquo iudicio abijciãtur,
tales em̃ merito iudicati ſunt remouendi,qa praue inuenti ſunt conſtituti.

VI. ¶Sexta actiõe cõperimus Fragitanũ Cordubẽſis eccleſiæ pbr̃m à pontifice ſuo iniuſte C
olim deiectũ,& innocẽtẽ exilio cõdẽnatũ,quẽ rurſus ordini ſuo reſtituẽtes,id denuo aduerſus
p̃ſumptionẽ noſtrã decreuimus,vt iuxta priſcoꝝ patrũ decretũ ſynodali ſnĩa nullus noſtrum
ſine concilij examine deijciendũ quẽlibet presbyteꝝ vel diaconum audeat:Nã multi ſunt q
indiſcuſſos poteſtate tyrannica,non autoritate canonica dãnant,& ſicut nonnullos gratia fa-
uoris ſublimant,ita quoſdã odio,inuidiaq; permoti humiliant,& leui opinionis aura cõdem-
nant,quoꝝ crimen non approbant.Epiſcopus em̃ ſacerdotibus ac miniſtris ſolus honorem
dare poteſt,auferre ſolus nõ poteſt.Si em̃ hi q in ſeculo à dñis ſuis honorem libertatis adepti
ſunt in ſeruitutis nexũ reuoluunt,niſi publice apud p̃tores tribunali foro fuerint accuſati,q̃to
magis hi q diuinis altarib⁹ cõſecrati honore eccleſiaſtico decorant,q pro peccato nec ab vno
dãnari,nec vno iudicãte poterunt honoris ſui priuilegijs exui,ſed p̃ſentati ſynodali iudicio,
quod canon de illis præceperit definiri.

VII. ¶Septimo examine relatũ eſt nobis venerandiſſimũ quondã Agapiũ Cordubẽſis vr- D
bis ep̃m frequẽter corepiſcopos,vel pbr̃os deſtinaſſe,q tamẽ iuxta canones vnũ ſunt,q abſen
te põtifice altaria erigerẽt,baſilicas cõſecrarẽt,ꝙ quidẽ nõ eſt mirũ id p̃cepiſſe virũ eccleſiaſti-
cæ diſciplinæ ignaꝝ & ſtatim à ſeculari militia in ſacerdotale miniſteriũ delegatũ,ergo ne vl
tra talis à nobis licẽtia vſurpet,cõi ſnĩa ſtatuẽdũ oportuit,ſcientes qa ſicut pbr̃o vel corep̃o il-
licita cõſecratio eſt altaris,ita & cõſtitutio.Erexit altare ſolus Aaron,ipſe vnxit,qa ſummus
vtiq; ſacerdos dei erat,ſicut ſcriptũ eſt de eo,Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius.Ideoq; id
q̊d tãtũ facere principibus ſacerdotũ iuſſum eſt,q̊ꝝ typũ Moyſes & Aaron tenuerũt pbr̃i q fi
lioꝝ Aarõ geſtãt figurã,corripere nõ p̃ſumãt.Nã q̃uis cũ ep̃is plurima illis miniſterioꝝ cõis
ſit diſpenſatio,quædam tñ autoritate veteris legis,quędã nouellis,& eccleſiaſticis regulis ſibi
prohibita nouerint,ſicut pbr̃oꝝ & diaconoꝝ,ac virginũ cõſecratio,ſicut cõſtitutio altaris,be
nedictio,vel vnctio,ſiquidẽ nec bñdicere eis eccleſiã,vel altaria cõſecrare,nec ꝑ impoſitiones
manus fidelibus baptizãdis,vel cõuerſis ex hæreſi ſpm̃ tradere,nec chriſma cõficere,nec chriſ
mate baptizatoꝝ frontẽ ſignare,ſed nec publice quidẽ in miſſa,quanq̃ pœnitentẽ recõciliare
nec formatas cuilibet epiſtolas mittere.Hæc omnia illicita eſſe pbr̃is vel corepiſcopis qa pon
tificatus apicẽ non habent,quẽ ſolis deberi epiſcopis autoritate canonũ præcipit,vt per hoc
& diſcretio graduũ & dignitatis faſtigiũ ſummi pontificis demonſtraret,ſed neq; corã epiſ-
copo licere eis in baptiſteriũ introire,nec p̃ſente antiſtite infantẽ tingere,aut ſignare,nec pę
nitentẽ ſine p̃cepto ep̃i ſui reconciliare,nec eo præſente ſacramentũ corporis & ſanguĩs Chri
ſti cõficere,nec eo corã poſito populũ docere,vl' bñdicere,aut ſalutare,nec plebẽ vtiq; exhor
tari,quæ oĩa eis à ſede apoſtolica prohibita eſſe noſcuntur.

VIII. ¶Octaua diſcuſſio agitata eſt de q̊dã Heliſæo ex familia Agabrenſis eccleſiæ,q ab ep̃o E
ſuo traditus libertati de libertate cõfeſtim ad cõtumaciæ morbũ trãſiliuit,ſicq; ꝑ ſuperbiã nõ
ſolũ eiuſdẽ ep̃i maleficis artibus ſalutẽ lædere voluit,ſed etiam patronam eccleſiam libertatis
immemor p̃damnauit.Aduerſus quẽ ingratum actio canonũ ac legum autoritas iuſte dirigit
ſcilicet vt immeritę libertatis dãno mulctatus,ad ſeruitutis nexum reuocetur.Talium em̃ ſta

tus qui

tus qui contra ep̄m ſuū vel patronā eccleſiam nituntur decidere potius q̄ cōſeruare cōuenit, vt q̊ꝝ libertas pernitioſa eſt ſit ſalutifera ſeruitus, vt qui ſuperbire nouerint adepta libertate proditi diſcant obedire ſubiecti.

C IX ¶Nona actione didicimus q̊ſdā ex noſtro collegio cōtra mores eccleſiaſticos laicos habere in rebus diuinis cōſtitutos economos. Proinde pariter trāctātes eligimus, vt vnuſquiſq; noſtrū ſecundū Calcedonenſiū patꝝ decreta ex proprio clero economū ſibi cōſtituat. Indecoꝝ eſt em̄ laicum vicariū eſſe ep̄i, & ſeculares in eccleſia iudicare. In vno em̄ eodemq; officio nō debet diſpar eſſe profeſſio, q̊d etiā in lege diuina prohibetur dicēte Moyſe. Nō arabis in boue ſimul & aſino, id eſt homines diuerſæ profeſſionis in officio vno nō ſociabis. Vnde & oportet nos & diuinis libris ſanctoꝝ patꝝ obedire p̄ceptis, cōſtituentes vt hi qui in adminiſtratōibus eccleſiæ pontificibus ſociantur diſcrepare non debeant, aut nec profeſſione, nec habitu, nam coherere & cōiūgi nō poſſunt, quibus & ſtudia & vota diuerſa ſunt. Si quis autem ep̄s poſt hac eccleſiaſticā rem aut per laicalem procurarionem, adminiſtrandam elegerit, aut ſine teſtimonio economi gubernandam crediderit, vere vt contemptor canonum, & fraudatur eccleſiaſticaꝝ reꝝ non ſolum à Chriſto de rebus pauperum iudicabitur reus, ſed etiā & concilio manebit obnoxius.

D X ¶Decima actione poſcētibus monaſterioꝝ patribus pari ſn̄ia ſtatuimus, vt cœnobia nuper cōdita in prouincia Betica ſicut & illa q̄ ſunt antiqua immobili & incōcuſſa ſtabilitate permaneant ſolidata. Si quis autem (q̊d abſit) noſtꝝ, vel nobis ſuccedentium ſacerdotū q̊dlibet monaſteriū aut vi cupiditatis expoliādum, aut ſimulatōe aliqua fraudis conuellendum, aut diſſoluēdum tentauerit, anathema effectus maneat, & à regno dei extraneus, nec proficiat illi bonum fidei vel operis ad ſalutem, qui tante & ſalutaris vitæ deſtruxerit tramitem. Sup hoc etiā vniuerſi Beticæ ꝓuinciæ ep̄i cōgregati eundē ſacrilegū cætus ſui euerſorē à communione ſuſpendāt, & conuulſum monaſteriū cum rebus ſuis reſtaurēt, vt q̊d impie vnus ſubuerterit, omnes reformēt.

E XI ¶Vndecima actione cōmuni cōſenſu decreuimus, vt monaſteria virginū in prouincia Betica monachoꝝ adminiſtratōe, ac p̄ſidio gubernētur, tunc em̄ ſalubria Chr̄o dicatis virginibus p̄bemꝰ, qn̄ eis patres ſp̄ūales eligimus, q̊ꝝ nō ſolum gubernaculis tueri, ſed etiam doctrinis ædificari poſſunt, ea tn̄ circa monachos cautela ſeruata, vt remoti ab earum familiaritate nec vſq; ad veſtibulum habeāt accedēdi familiare ꝑmiſſum, ſed neq; abbatē vel eū qui p̄ficit extra eā q̄ præeſt loqui virginibus Chriſti aliquid q̄ ad inſtitutionē moꝝ ꝑtinent licebit, neq; cū ea ſola q̄ præeſt frequēter eos loqui optet, ſed ſub teſtimonio duaꝝ vel triū ſoroꝝ, ita vt rara ſit acceſſio, & breuis omnino locutio. Abſit em̄ vt monachos (q̊d etiā dictū nefas eſt) Chriſti virginibus familiares eſſe velimus, ſed iuxta q̊d iuſſa regularum vel canonū admonent longe diſcretos atq; ſeiunctos, eoꝝ tm̄ eaſdem gubernaculis deputamus, cōſtituentes, vt vnus monachoꝝ probatiſſimus eligat, cuius cure ſit p̄diꝭs eaꝝ ruſticis, vel vrbanis intendere, fabricas extruere, & ſi quid aliud eſt ad neceſſitatē monaſteriꝭ ꝓuidere, vt Chr̄i famulę pro animæ ſuæ tm̄ vtilitate ſolicite, ſolis diuinis cultibꝰ, operibuſq; ſanctis inſeruiāt, ſane is qui ab abbate p̄ponitur, iudicio ſui ep̄i comprobetur, veſtes aūt ille iiſdem faciant à quibus tuitionē expectant, & ab iiſdem denuo (vt p̄dictū eſt) laboꝝ fructꝰ & procurationis ſuffragium rcepturę. Si qui autem monachorum hanc ordinationē aut contempſerint aut qualibet inertię diſſolutōe neglexerint, ſciant quod eoꝝ temeritas atq; ſuperbia excommunicatōis ſit plectenda cenſura

F XII ¶Duodecima actione ingreſſus eſt ad nos quidā ex hæreſi Acephaloꝝ natione Syrus vt aſſerit ipſe ep̄s duaꝝ in Chr̄o naturaꝝ proprietatē abnegās, & deitatē paſſibilē aſſerens. Cuius dum noſtris ſenſibus tanti erroris confuſio patuiſſet, prolatis illi de incarnatōe dn̄i Ieſu Chriſti teſtimoniꝭs, ſanctorūq; patꝝ ſentētiꝭs recitatis, om̄i eū deinde exhortatōe ad vere fidei rectitudinē ſacerdotali modeſtia inuitauimus, qui ſalutaribus monitis pertinaciter per multos diuturnoſq; cōflictus, retinens tandem gratia diuina doctus corā cunctis aſtantibus hæreſim propriā abdicauit, duaſq; naturas & vnā perſonā in vno eodemq; domino noſtro Ieſu Chriſto confeſſus eſt, credens impaſſibilem naturā deitatis atq; in ſola humanitate ſuſcepiſſe infirmitates paſſiōis, & crucis. Conuerſus itaq; atq; receptus ſuſceptæ fidei confeſſionē cum aſtipulatōe protulit, atq; ab omnibus ſuis erroribus purgatus apparuit. Taliq; pro merito gaudentes Chriſto gratias egimus, quod eundem poſt prauitatem hæreſis ad rectitudinem fidei diuina gratia promouiſſet, quem optamus vt permanens in Chriſti fide pure ac deuotiſſime conſeruetur.

G XIII ¶Tertiadecima ꝓſecutōe breuiter narrādū putauimus ad refutationē eorundē hæreticoꝝ q̄ duas naturas Chr̄i poſt vnionē delirātes cōfūdūt, & paſſibilē ī eo diuinitatis ſubſtantiā

ſtantiam aſſerunt. Contra quoꝝ blaſphemias oportet nos in vna ꝑſona Chriſti geminæ na-
turæ proprietatẽ oſtẽdere, paſſionẽq; eius in ſola humanitatis ſuſceptiõe manifeſtare, vt ſi for
te aliqui ſtultoꝝ huius ſnīæ errore decepti ſunt, dũ iſta legerint reſipiſcãt, rectæq; fidei verita
tẽ firmiter teneãt. Nã proculdubio multi ſunt, q̃ ſcd̃m apoſtoli vocẽ pruriẽtes auribus à veri-
tate auditũ auertũt, ad fabulas aũt cõuertunt. Ergo ſicut immaculata fides, & ſctã dei eccleſia
docet, confitemur dñm noſtrũ Ieſum Chriſtũ intẽporaliter ex patre deũ natũ, tẽporaliter ex
vtero glorioſæ virginis Mariæ hoĩem æditũ, & ob hoc in vna exiſtẽte ꝑſona duas naturas ha
bentẽ, deitatis qua añ ſecula genitus, & hũanitatis in qua diebus vltimis æditus eſt, in illa ſecũ-
dũ formã dei, in iſta ſcd̃m formã ſerui cõſiſtens, In illa patri manẽs inæqualis, in iſta ſine pctõ
ſimilis nr̃æ cõditioni, in illa inuiolabilis, in iſta paſſibilis, in illa ex q̃ mori nõ potuit, in iſta in q̃
mortẽ ſuſcepit. Cuius geminæ naturæ diſtinctio primũ ex literis legis, deĩde ex propheticis,
& euãgelicis atq; apoſtolicis promẽda eſt paganis, vt ea q̃ aſſerimus nõ argumẽtis, ſed exẽplis
ſcripturaꝝ firmemus. Lex in vna eadẽq; perſona ſaluatoris noſtri ſic demõſtrat vtrãq; natu-
rã, diuinam, dño loquente ad Moyſen. Ecce, inquit, mitto angelũ meũ q̃ præcedat te, obſerua
eũ & audi vocẽ eius, q̃a eſt nomẽ meũ in illo, humanã, loquente eodẽ dño ad Abrahã. In ſemi-
ne tuo bñdicentur oẽs gentes. i. in carne Chriſti, q̃ de Abrahæ ſtirpe deſcẽdit. Prophetia in
pſalmis ſub vna eadẽq; Chriſti ꝑſona ſic oſtendit vtrãq; naturã, diuinã, ſecundũ illud, ex vte-
ro ante luciferꝝ genui te, humanã, ſecundũ hoc, & homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eã. Di
uinã, ſecũdũ illud, Eructauit cor meũ verbũ bonũ, Humanã, ſecũdũ hoc, Speciosſus forma præ
filijs hoĩm. Prophetia in prouerbijs in vna eadẽq; Chriſti ꝑſona ſic declarat vtrãq; naturã, di
uinã. ſecũdũ illud, añ colles genuit me, humanã, ſcd̃m hoc, dñs creauit me in initio viaꝝ ſuarũ
diuinã, ſecũdũ illud, necdũ erant abyſſi, & ego iã cõcepta erã, humanã, ſecundũ hoc, ſapientia
ædificauit ſibi domũ, corporis vtiq; ſibi tẽplũ, in q̊ filius dei inhabitaret, dũ verbũ eſt caro fa
ctũ, prophetia in Eſaia ſub vna eadẽq; Chriſti ꝑſona ſic demonſtrat vtrãq; naturã deitatis, ſe
cundũ illud, Nunq̃d q̃ alios parere facio, ipſe nõ pariã, dicit dñs? Humanitatis, ſecũdum hoc,
Ecce virgo in vtero cõcipiet & pariet filiũ, Diuinitatis, ſecũdũ illud, Rorate cœli deſuꝑ, & nu-
bes pluant iuſtũ, aperiat terra & germinet ſaluatorẽ, & iuſtitia oriat ſimul. Itẽ alibi, humanita
tis, ſcd̃m hoc, paruulus natus eſt nobis. diuinitatis, ſcd̃m illud, filius datus eſt nobis, paruulus
eñ Chrũs ad ſuſceptę hũanitatis naturã ꝑtinet, q̃a hõ eſt factus, filius aũt datus, ad diuinitatẽ,
q̃a dei filius. Et vt oſtẽderet in vtraq; natura vnã eẽ ꝑſonã, paruuli nati & filij dati adiecit, vo
cabit nomẽ eius magni cõcilij angelus, deus fortis, pr̃ futuri ſeculi. In euãgelio q̊q; in vno eo-
dẽq; Chr̃o diuinæ naturæ ſignificatio, oĩa ꝑ ipſum facta ſunt, hũanæ naturę ſignificatio, non
veni facere volũtatẽ meã, ſed volũtatẽ eius q̃ miſit me pr̃is. Paulus q̊q; apl̃us in vno eodemq;
Chr̃o naturã diuinitatis exprimit, cũ dicit, Primogenitus oĩs creaturę ipſe eſt añ oẽs, & oĩa in
illo cõſtant, hũanitatis declarat naturã, cũ dicit, ipſe eſt caput corꝑis eccleſię, & alibi, q̃ cũ in
forma dei eẽt, nõ rapinã arbitratus eſt eẽ ſe æqualẽ deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formã ſer
ui accipiẽs. Per hoc eñ ꝙ dicit, q̃ cũ in forma dei eẽt, naturã in eo diuinę maieſtatis oſtẽdit, ꝑ
hoc aũt ꝙ adiecit, formã ſerui accepit, naturã humanitatis ſignificat, & iteꝝ, Cũ eſſet inq̃t di-
ues, pauper factus eſt, vt illius inopia nos diuites eſſemus, vbi eñ dixit, cũ eſſet diues, diuinę na
turæ gloria pandit, & vbi adiecit, pauper factus eſt, hũanæ infirmitatis ſubiectio demonſtrat
atq; ſeruilis habitus aſſumptio, itẽ in ipſo initio apoſtolici ſymboli gemina ſic oſtẽdit in vno
eodẽq; Chriſto naturæ diſtinctio, deitatis ex patre, dũ dicit. Credo in vnũ deũ patrem omni-
potentẽ, & in Chriſtũ Ieſum filiũ eius vnicũ dñm noſtrũ, humanitatis ex matre, dũ adiecit, na-
tum de ſpũ ſancto ex vtero Mariæ virginis. Ecce ex vtroq; teſtamento duæ naturę in Chri-
ſto, diuinitatis vna, humanitatis altera, quæ quidẽ gemina, vnã fecit perſonã, q̃a vnus idemq;
mediator dei & hominũ, homo Chriſtus Ieſus.

¶Iam vero de paſſione eiuſdẽ ſaluatoris noſtri & dñi Ieſu Chriſti quã in ſola humanitate, non A
in deitate ſuſtinuit, ſicut ſuperius legis & prophetaꝝ autoritas, euangeliorum quoq; & apo-
ſtoloꝝ prædicatio adhibenda eſt, lex de paſſiõe corporis Chr̃i ſic dicit, lauabit in vino ſtolã
ſuã, & ĩ ſanguine vuæ palliũ ſuum. Quod hic palliũ? q̃d ſtola, niſi caro Chr̃i paſſiõis ſanguine
decorata? hæc eñ ſola cõtumelias crucis ſuſtinuit, diuinę vero naturę maieſtas nihil iniuriæ
ſenſit, ꝓphetia q̊q; in pſalmis paſſionẽ Chr̃i in carne ſola ſic aſſerit, foderũt manus meas & pe
des meos, dinũerauerũt oĩa oſſa mea, vbi nõ deitatis, ſed tñ corꝑis iniuria intelligit. Ibi enim
mẽbroꝝ ſignificatõe ſola caro clauis ſuſpẽſa ĩ ligno atq; ſuffixa ꝓnũtiant, ſicut & ĩ Hieremia
legit, venite mittamus lignũ in panẽ eius. i. crucẽ in corpe eius. Neq; eñ diuinitas ligno ſuſ-
pẽdi potuit, ſed ſola hũanitas ĩ cruce ſuffixa pepẽdit. Cuius etiã caro tolerãtiam mortis ꝑpeſſa
ſic oſtẽdit, alibi dũ dicit. Caro mea requieſcet in ſpe, vtiq; q̃a ſola in Chr̃o materia carnis mor
tis fragilitate defuncta, ſpem reſurrectionis ſuæ expectabat, & ſine corruptõe recepturã dum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

adiecit. Nec dabis ſanctū tuū videre corruptionē. Salomon aūt in Canticis Canticoꝝ paſſio-
nē carnis Chriſti ſic p̄dicans dicit, manus meæ diſtillauerūt myrrhā, & digiti mei guttam, vbi
ſpecialiter oſtendit ac in manibus ac digitis ſolā carnē Chriſti infixā ſtipite, ſicut in pſalmo cē
teſimo octauodecimo legitur. Configе clauis timoris tui carnes meas. Eſaias autē Chriſtū ſo-
la humanitate quæ apparuit, paſſiōis iniuriā ſuſcepiſſe, ita p̄dixit, homo inquit in plaga & ſci-
ens ferre infirmitates, vere languores noſtros ipſe portauit, qs ipſe, niſi vtiq; homo? Nā pati,
& deficere in illo natura dei nō potuit, ſed homo portauit in eo paſſionē & mortē, in quo &
ipſa mors habet cōditionē, nā cū eū diceret venire de Edon tinctis veſtibus de Boſra adiecit.
Quare rubrū eſt veſtimentū tuū, & indumentū tuū tanq̄ calcantiū in torculari? Quid hic per
veſtimentū ſuū tanq̄ calcantiū in torculari? Quid hic per indumentū & in veſtimentū rubrū
velint oſtendere, niſi ſolā Chriſti carnis paſſionē crucis infectā cruore? Vnde & ipſa paſſione
chlamyde coccinea Chriſtus induitur, vt imago ſanguinis tantū in carne demonſtret. Hiere-
mias quoq; corpus ſuū obtuliſſe Chriſtū in paſſione, ſic loquitur, Non ſum inqt contumax,
neq; contradico, corpus meū dedi percutientibus, nō dixit diuinitatē quæ paſſionē neſcit p-
ferre. Et iteꝝ, Poſui ſcapulas meas ad flagella, maxillas ad palmas, quod & ipſum ad carnis pa
tientiā, non ad deitatis refert iniuriā. Et Zacharias, Videbunt (inquit) in quē confixerūt, quē
aliū, niſi indubitanter hominē quē Iudæi crucifixerūt, & in carne iudicantē videbūt? Ecce ꝓ-
nuntiatū ex lege & prophetis. Cuius quidē fidei veritas eſt tā efficax, vt eā nec tyranni ſua po
tuerint crudelitate confundere, nec hæreticoꝝ ſubdola circūuentio peſſundare, nec hypocri
tarum diminuere fallax ſimulatio.

B ¶ Tranſeamus inde ad euangelia, ibi quæramus Chriſtū filiū dei in ſola carne portaſſe valitu-
dines paſſionis & iniuriā crucis, loquēte ipſo diſcipulis. Ecce aſcēdimus Hieroſolymā, & con
ſummabunt oīa quæ ſcripta ſunt per prophetas de filio hoīs, tradet eīm gentibus, & illudetur
& flagellabitur, & cōſpuetur, & poſtq̄ flagellauerint, occident eū, & in die tertia reſurget, qd
totū in Chriſto ſecundū hominem dictum, non ad ſubſtantiam deitatis, ſed ad naturam perti
net carnis, quod etiā in ſequētibus docetur, Iudæis dicentibus Chriſto, quod ſignū oſtēdis no
bis, quia hoc facis, & dixit Ieſus, ſoluite hoc templū, & poſt triduū ſuſcitabo illud, hoc autē di-
xit de tēplo corporis ſui, nā & in paſſione ſua, dū corripiēs proditorē, diceret, Iuda, oſculo fi-
liū hoīs tradis, quem tradere proditorem ſignificat, niſi hominē quem & comprehenderunt?
Non deitatē quam cæcati perfidia agnoſcere nō potuerūt. Beatus aūt apoſtolus Paulus Chri
ſtū in homine ſolū pertuliſſe crucē ſic aſſerit. Et homo inquit humiliauit ſemetipſum, factus
obediens vſq; ad mortē, mortē autē crucis. Qui proinde dixit vt homo, vt nuncupatione ho
minis diſtinctio naturæ inſinuaret paſſibilis, quod confirmans aliàs ait. An experimentū quę
ritis eius qui in me loquit Chriſtus? qui nō infirmat, ſed potēs eſt in vobis. Nā & ſi crucifixus
eſt ex infirmitate, ſed viuit ex virtute dei. Paſſus eſt ergo Chriſtus & mortuus, ſed ex nr̄a infir
mitate, viuit aūt impaſſibilis & īmortalis, ſed ex ſua virtute, q̄ tāta eſt, vt in ſe nec paſſionē re-
cipiat, nec mortē admittat, Petrus q̊q; apoſtolus, princeps apl'oꝝ, Chriſti ſuppliciū ſic prædi
cat in ſolo corpore cōſummatū. Qui peccata, inquit, noſtra pertulit in corpore ſuo ſup lignū,
vt peccatis mortui, iuſtitiæ viueremus, cuius liuore ſanati ſumus, & paulo poſt, Chriſto igit
paſſo in carne. Ergo ſi Chr̄s in carne paſſus eſt nō ſcd̄m deū, ſcd̄m hoīem crucifixus. Ecce ꝑpa
tuit de filio dei ꝙ paſſus eſt, ꝙ mortuus eſt, corporis tantū fuiſſe, nō deitatis. Aliena ſunt enim
iſta de eo, teſtāte propheta de illo, Deus ſempiternus dn̄s creans fines terrę, nō laborabit, neq;
deficiet, & in pſalmo, Tu aūt idē ipſe es, & anni tui nō deficiēt, oēs eīm in Chriſto infirmita-
tes humanitas ſola portauit. Caro eīm habuit vagitus infantis, nō diuinitas. Caro eſt pānis in-
uoluta, nō deitas. Caro habuit alimēta. Caro portauit ætatū cōmercia. Nā vt quod fatigatus
eſt, ꝙ eſuriit, ꝙ dormiuit, ꝙ fleuit, ꝙ paſſioni proximus triſtis fuit, ꝙ poſtremo ipſam paſſio-
nē & mortis conditionē ſuſtinuit, totū hoc ad infirmitatē pertinet humanitatis, non ad incō
prehenſibilē ſubſtantiā deitatis. Vnus eſt eīm Chriſtus deus & homo, caro & verbū. Sed vnde
deus, inde habet immortalitatē, vnde homo, inde pertulit, & vnde caro, inde mortuus, & vn
de verbum, inde æternus. Neq; eīm p̄t eē deitate paſſibilis, q eſt virtute paternę glorię naturę
æqualis, vn̄ pr̄i derogat, dū natura deitatis ī filio credit. Nā ſi vna pr̄is & filij ſubſtātia ē, vtiq;
ſicut pr̄, ita & filius immortalis. Et ego & pr̄ vnū ſumus, ſicut in patre non eſt mors, ita nec in
dei filio mors. Et ſi veꝝ eſt, oīa q̄ habet pater mea ſunt, ergo immortalitas pr̄is cū filio cōmu
munis eſt. Nā, q̊d ait apoſtolus, de infideliū ignorātia, ſi eīm cognouiſſent, nunq̄ dn̄m gloriæ
crucifixiſſent, nō ꝙ quaſi dn̄s glorię ſit crucifixus, vt natura deitatis videat eſſe paſſibilis, ſed qa
vnus in vtraq; natura eſt Chr̄us, ſecūdū aſſumptæ hoīs formā dn̄s gloriæ dicitur paſſus, ſicut
econtrario eſt illud. Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo filius hominis, dum
de cœlo nō deſcēdiſſet, niſi tātū dei filius, nōdū idē factus filius hoīs. Propter pſonę ergo vni-
tatem

tatē & ad hominē referunt in Chr̄o quæ dei ꝓpria ſunt, & diuinitati aſcribunt q̄ hominis
ſunt, & ideo dū pati ac mori dicit, nō eſt deitatis, ſed carnis propriū, ſic tñ propter vnitatē
ꝑſonæ ipſe deus, & natus ex virgine, & paſſus & mortuus p̄dicat, ſed infirmitate carnis no
ſtrę, nō virtute diuinitatis ſuæ. Quod vero idē apoſtolus ait:, ſi em̄ inimici eſſemus, recōci-
liati ſumus deo ꝑ mortē filij eius, ſic dicit dei filius mortuus. Sic dr̄ de martyribus paſſis ac
mortuis, q̊ꝝ tñ nō ſunt aīæ occiſæ in corꝑis paſſiōe ore veritatis teſtāte. Nolite timere eos
qui occidūt corpus, animā aūt nō poſſunt occidere, vbi agnoſci oportet, ſi aīæ martyrum
corꝑe perēpto ſupplicijs extingui nō p̄nt, deus qui cōditor ē animaꝝ, q̄uo ꝑ crucē carnis
pati potuit exitiū mortis? Qđ etiā alibi apertius declarat eodē filio dei loquēte. Ptātem ha
beo ponēdi animā meā, & poteſtatē habeo iteꝝ ſumēdi eā. Qđ ſi ipſa deitas mortua exti-
tit, q̄ro quis animā ipſius reſumpſit, ſtultū eſt ergo crucis paſſionē diuinæ applicare natu-
ræ, ſed tm̄ creabili & hūanę, ſola em̄ caro crucis exitiū ſenſit, ſola caro lāceā ꝑtulit, ſola, ſan-
guine & aqua manauit, ipſa ſola mortua, ipſa ſola in ſepulchro poſita, ipſa ſola tertia die re
ſuſcitata, etiā glorificata cœlos adijt, in q̄ vēturus ē iudicare in gloria p̄ris iudicaturꝰ de vi-
uis ac mortuis. Prolatis ergo noui ac veteris teſtamēti teſtimonijs ī quibꝰ duę naturę Chr̄i
patefactę ſunt in vna ſubſiſtētes ꝑſona, ī q̄bus & paſſio eius apparuit in hoīe ſolo expleto.
¶Deinde oportuit ſn̄ias ſubnecti ſctōꝝ patꝝ qui in ſacris lr̄is ingēti gloria refulſerunt, vt
etiā eoꝝ traditōe ꝑpateat, quia dn̄s nr̄ Ieſus Chr̄s ex duabus naturis, & vna ꝑſona ſubſiſtit,
quia mortē & paſſionē in ſola carne ſuſcepit. Sanctus ergo Hilarius in explanatōe epiſtolæ
ad Timotheū ſic loquit. Nā & cū dicit ſcriptura, homo Chr̄s, & cū dicit Chr̄s mortuus eſt,
cū dicit verbū caro fctm̄ eſt, nō eſt ſpoliādus per frudulentiā legētis expoſitōibus ſuis ſer-
mo. Nā vbi hō Chr̄s eſt, p̄cedit mediator dei atq; hoīm ex deo homo vterq; vnum & inter
hoīem & deū medius cōfeſſione in ſe vtriuſq; naturæ, vbi Chr̄s mortuus ē ſubijcit, qui re-
ſurrexerit, qui ē in dextera dei. In morte eius carnis nr̄æ infirmitas ē, in reſurrectōe virtus
eius, in cōſeſſu dei dignitas. Sanctus q̊q; Ambroſius in expoſitōe euāgelij ſecundū Lucā ſic
aſſerit. Nō em̄ ſuā ſed noſtrā crucem Chr̄s aſcēdit, nec mors illa diuinitatis, ſed hoīs fuit, &
paulopoſt. Et em̄ Chrūs oīa, & in Chr̄o oīa, & in ſingulis Chrūs. Caro tñ morit, vt reſurgat
Itē in eodē libro exponēs inter alia dicit. Triſtis eſt aīa mea, & alibi. Nūc aīa mea turbata ē
valde. Nō ergo ſuſcipiēs, ſed ſuſcepta turbat, anima em̄ obnoxia paſſiōibus, diuinitas libe-
ra, etm̄ ſpūs promptus, caro aūt infirma. Triſtis aūt nō ipſe eſt, ſed aīa, nō eſt triſtis ſapien-
tia, nō diuina ſubſtātia ſed aīa. Suſcepit corpus meū nō me fefellit, vt aliud eſſet & aliud vi-
deret. Sanctus Athanaſius in tractatu quē ſcripſit de Chriſti natiuitate ſic dicit, In hoc ſit er
go fratres chariſſimi fides nr̄a, in hoc tota ſalus & vita cōſiſtat, vt credamꝰ deū dei filiū pri-
mū, an̄ oīa ſecula à deo p̄re inuiſibiliter genitū, deinde à Maria virgine ſcđm hoīem natum
ſcđm hūc hoīem paſſum, mortuū, ſepultū, reſurrexiſſe ab inferis, aſcēdiſſe in cœlū. Itē idem
in expoſitōe fidei. Verbū inquit naſcit de Maria virgine accipiēs corpus animale, ſed ne-
q; ſermo cōprehenſus eſt carne, ſed in carne & ſupra carnē, & ſicut dei p̄ſcius, ita dei virtus
dei veritas. Paſſus aūt humana carne, ſed ſermo dei īpaſſibilis eſt. In paſſiōe quidē moritur
hō, vt viuificaret ꝓthoplaſtū qui ceciderat, ꝑ inobediētiā. Sctūs Gregorius ſcribēs ad Cæ-
ledoniū dicit. Naturæ em̄ duæ in Chr̄o, deus & hō, nō aūt duo filij, nec dij duo. Itē idē ī ſer-
mone de filio. Vno aūt inquit capitulo moneo, vt altiora quidē aſcribas diuinitati, & illi
naturæ q̄ paſſiōibus & corꝑe ꝓbat eſſe ſuꝑior, humiliora aūt naturæ hūanæ attribuas, q̄ ex
ꝑte infirmitatis nr̄æ aſſumpta eſt. Itē ipſe in q̄rto libro cōtra Eunomiū. Et ne aliquis īcor-
ruptibili naturæ deitatis crucē paſſiōis applicet, ꝑ alia manifeſtius talē emēdat errorē, me-
diatorē ipm̄ dei & hoīm & deū ipm̄ nominās, vt cū duo denuo dicātur, cōgruū intelligatur
circa vtrūq;. Circa deū tñ quidē impaſſibilitas, circa humanitatē aūt diſpēſatio paſſionis.
Sctūs q̊q; Baſilius ī quarto libro cōtra Eunomiū ita ſcribit, Quid eſt dn̄s creauit me & ante
oēs colles genuit me? Vbi intelligēdū eſt, hoc q̊d genuit de dei filio, hoc aūt q̊d dicit crea-
uit de ea parte, qua ī forma ſerui eſt, vt vtrāq; naturā ī vna ꝑſona oſtenderet. Sctūs Cyrillus
in prima ad Succeſſum epl̄a dicit. Ergo quantū quidē ad ītellectū ꝑtinet & fidē, tantundē
oculis aīæ queādmodū īcarnatus eſt vnigenitus duas naturas eſſe dicimus, vnū aūt filiū &
Chr̄m dn̄m deū verbū īcarnatū, & hoīem factum confitemur. Itē in ſecūda ad eundē Suc
ceſſum epl̄a ſic ait. Cum vnus īquit ſit ſolus filius Chrūs, idē ipſe deus & homo ſicut ī deita
te perfectus, ita & ī humanitate. Non autē ipſum vnigenitū filiū dei ſcđm q̊d ītelligit, & ē
filius dei paſſum eſſe ī ſua natura. Oportet etem̄ neceſſario vtraq; ſeruare vni & vero filio,
& non pati ſecundū deitatē, & dici paſſum eſſe eundē ſecundū humanitatē, ipſius em̄ paſſa
eſt caro. Itē in expoſitōe leuitici iter alia. Totū in his iteꝝ circunſpice ſaluatoris nr̄i myſte
rium, & emundatōem quæ per ſanctum baptiſma fit, duas em̄ auiculas ſumi iubetur, viuas

&mundas,vt intelligas per volatilia cœleſtē hominē ſimul& deū in duabus naturis quā-
tū pertinet ad rationē diuidendū vnicuiq; cōuenientē.Item ſanctus Auguſtinus .Neq; eñ
in illa ſuſceptōe alteꝝ eoꝝ in alteꝝ cōuerſum atq; mutatū eſt ,nec diuinitas quippe in crea
turā mutata eſt,nec creatura in diuinitatē augmentauit aliquid deitatis. Sed abſit, vt au-
gmentū recipiat ineffabilis & incōprehenſibilis plenitudo,manet ergo vtraq; filij dei natu
ra vna ꝑſona.Rurſus ipſe aduerſus Maximū. Si ergo attēdas diſtinctiōes naturaꝝ fili⁹ dei
de cœlo deſcēdit,filius hoīs crucifixus eſt,ſi vnitatē ꝑſonę, filius de cœlo deſcendit & filius
crucifixus eſt in terra,idē in ſequentibus.Oportebat Chr̄m pati & reſurgere à mortuis die
tertia,vbi reſurgit,niſi in eo q̊d potuit cadere? vbi reſurrexit niſi ī eo vbi mortuus? q̄re mor
tē ī verbo, nunq̄ eē potuit.Quære mortē ī carne,plane ibi fuit,& ideo ibi fuitq̱ mors vera
fuit& paulopoſt q̱d miraris? Certe vita ē Chr̄s,q̄re mortuā vitā,nec aīa mortua eſt,nec ver
bum mortuū eſt.Caro tm̄ mortua eſt,q̄re? vt in ea mors moreret̄.Idē in expoſitiōe Iohan
nis Euāgeliſtæ,quid ergo eſt,ꝑ quē factus eſt mundus?Chr̄s Ieſus, ſed in forma dei,quis eſt
ſub pontio Pylato crucifixus? idem ipſe Chriſtus,ſed in forma ſerui.Beatus q̊q; Leo apo
ſtolicæ ſedis antiſtes in ſua epiſtola quā ſcripſit ad Flauianū Cōſtātinopolitanū ep̄m ſic ait:
Salua ergo ꝓprietate vtriuſq; naturæ & in vnam coeunte ꝑſonam ſuſcepta eſt à maieſta-
te humilitas,à virtute infirmitas,ab æternitate mortalitas, & ad reſoluendū cōditōis nr̄æ
debitum inuiolabilis natura,eſt vnita naturæ paſſibili,vt quod noſtris remedijs congrue-
bat,vnus atq; idem mediator dei & hominum Chrūs Ieſus & mori poſſet ex vno ,&mo-
ri non poſſet ex altero.In integra ergo hominis perfectaq; veri natura, verus natus eſt de-
us ,totus in ſuis,totus in noſtris & paulopoſt.Qui manēs in forma dei fecit hoīem,idem in
forma ſerui factus eſt hō,tenet eñ ſine defectu ꝓprietatē ſuā vtraq; natura , & ſicut forma
ſerui dei formā nō adimit,ita forma dei formā ſerui nō minuit.Itē paulopoſt. Agit eī vtra-
q; forma cū alterius cōmunione q̊d ꝓprium eſt , verbo ſcilicet operante q̊d verbi eſt,& in
carne exequente q̊d carnis eſt, vnū hoꝝ choruſcās miraculis,aliud ſuccūbit iniurijs,& ſicut
verbū ab æqualitate paternæ gloriæ nō recedit,ita caro naturā nr̄i gn̄is nō relinquit.San-
ctus q̊q; Fulgentius in libro quē de incarnatōe dn̄i noſtri Ieſu Chriſti ſcripſit inter alia ſic
intulit,dico itaq; vobis iuxta ſctōꝝ patꝝ traditōem,dn̄m noſtrū Ieſum Chriſtū in duabus
naturis inconfuſis,id eſt diuinitatis & humanitatis vnā perſonā ſiue ſubſtantiā cōfiteri,idē
poſt alia.Si quis ergo in dn̄o noſtro Ieſu Chriſto,aut duas naturas aut vnā noluerit,ſiue du
bitauerit credere,aut p̄dicare perſonā,vel ſi quis noluerit cōfiteri eundē iſtum atq; homi-
nem,id eſt verbū incarnatum de Maria virgine ꝓ noſtra ſalute veraciter natum,tm̄ à ca-
tholica fide deprehendit̄ ac demōſtratur extraneus,vt ſacramēto redēptionis humanæ re-
ſiſtat ingratus,Et paulopoſt.Verbū caro fctm̄ eſt,vnus ex vtraq; in vtraq;, id ē ī hūana di
uinaq; natara prorſus vnitio glorioſa ꝑſiſtit,vt ſiue diuinitati Chriſti humanitatē quis de-
mat,ſiue humanitati diuinitatē detrahat,Chr̄m ſacrilega infidelitate & blaſphema p̄dica-
tōe diſſoluat.Itē paulopoſt,Chr̄s ꝓ nobis carne eſt paſſus qui de deo pr̄æ natus ſolus ē im-
paſſibilis deus.Ipſum itaq; Chriſtū filiū dei qui ꝓ nobis mortē carne guſtaſſe,ſalua immor
talitate diuinitatis eius veraciter credimus.Itē poſt hoc, Quia nō eſt alter deus alter hō,ſed
idē vnus eſt Chr̄s deus & homo, ꝓfecto idē deus Chr̄us qui & mortē ſuā carne ſuſcepit &
idē hō Chr̄s eſt qui mortē ſuā diuinitate deſtruxit,idē quippe Chrūs dei filius qui diuinita-
te mori nō potuit carne mortuus ē,quā mortalē de⁹ īmortalis accepit,& ideo Chr̄s dei fi-
li⁹ carne mortu⁹ reſurrexit,quia īmortalitatē ſuæ diuinitatis carne mortu⁹ nō amiſit, hinc
eſt q̊d etiā ꝑoſt reſurrectionē ſuā ſicut in cicatricibus veris & ī vera comeſtiōe piſcis & mel
lis ſoliditatē in ſe vere carnis edocuit,ita clauſis forib⁹ ingrediēs verā in ſe virtutē ſempiter
næ diuinitatis oñdit,vt agnoſceretur & naturalis fuiſſe Chr̄i moriētis infirmitas, & eidem
moriēti naturalis ineē maieſtas,hęc q̱dē q̄ tā diuinæ ſcripturæ q̱ etiā ſctōꝝ patꝝ eloquētia
docuerūt,decretis nr̄is breuiter inſerta ꝓtulim⁹, demōſtrātes geminā carnis& deitatis na
turā in vna dn̄i & ſaluatoris nr̄i ꝑſona,paſſum q̊q; eūdē in ea natura q̄ corporis eſt,nō paſ-
ſum in ea natura , q̄ deitatis ē. Hinc ergo cōcordi ſnīa definitōi pro cōfirmatōe ſui ꝓpriam
ſubſcriptionē ſubiecimus.Iſidorus in Chriſti noīe eccleſiæ Spalēſis ep̄s ſubſcripſi.Biſinus in
Chriſti noīe eccl'ię Liberitanæ ep̄s ſub.Rufinus in Chriſti noīe eccleſiæ Aſidonēſis epiſco-
pus ſubſcripſi,Cambra in Chriſti noīe eccleſiæ Italenſis ep̄s ſub ,Fidētius in Chriſti nomīe
eccleſiæ Tuicitanæ ep̄s ſubſcripſi,Theodulphus in Chriſti noīe eccleſiæ Cordubēſis epūs
ſubſcripſi,Honorius in Chriſti nomine eccleſiæ Malacitanæ ep̄s ſubſcripſi.

¶Habes hucuſq; ſtudioſe lector(autore Iſidoro Spalenſi) quē ordinem obſeruare debeāt,
qui cōciliū celebrare cōſtituūt,Canones itē Apoſtoloꝝ,decreta q̊q;.xxx.pontificū,à Cle-
mente ſcilicet vſq; ad Silueſtrū,acta deniq; quinquaginta duoꝝ conciliorum.

Hacte

HActenus digeſtis cōcilijs ſctōꝝ patꝝ ſequunť decreta p̄ſulū Romanoꝝ p̄ſatę ſedis apl̄icæ p̄ſulū cōſtituta, q̄ ad fidei regulā vel eccleſiaſticā ꝑtinēt diſciplinā ī hoc libro diligēti cura collecta ſunt, ita vt ſinguloꝝ pōtificū q̊tq̊t decreta à nobis repta ſunt ſub vniuſcuiuſq; epl̄æ ſerie ꝓprijs titulis p̄notarēť eo mō q̄ ſupius priſcoꝝ patꝝ canones nr̄o ſtudio ordinati ſunt, q̄ten⁹ lectoris īduſtria facilius ītelligere poſſit dū capitulis ꝓprijs diſtincta intendit.

Incipiūt decerptōes ex decretis ſcti Silueſtri pa.

A

TEmporibus ſancti Silueſtri papæ & Cōſtantini pijſſimi Auguſti factū ē magnū cōciliū in Nicæna Bythiniæ, & cōgregati ſunt regulariter eiuſdē Silueſtri papæ vocatōe in idipſum trecēti decē & octo ep̄i catholici qui expoſuerūt fidē integrā catholicā īmaculatā, & dānauerūt Arriū Fotinū Sabelliumq; atq; ſeq̄ces eoꝝ. Eodēq; tpe & xiij. Calēdaꝝ Iuliaꝝ die q̄ſmemoratū cōciliū magnū in Nicæa cōgregatū ē, canonica iā ſc̄tā papæ vocatōe in vrbē Romā cōgregauit, & ipſe cū cōcilio p̄ſati Cōſtātini Auguſti ducētos. lxviij. ep̄os, & dānauit iterꝝ tā Calixtū q̄ Arriū, & Fotinū atq; Sabelliū & cōſtituit vt p̄br̄m Arrianū reſipiſcētē nō ſuſciperet, niſi ep̄s eiuſdē loci eū recōciliaret, & ſacroſc̄tō chriſmate ꝑ ep̄alis manus īpoſitionē ſancti ſpūs gr̄a q̄ ab hæreticis dari nō pōt, cōfirmaret. In q̄ & conſenſu, & ſubſcriptōe oīm cōſtitutū eſt, vt nullus laicus crimē clerico audeat inferre, & vt p̄br̄ nō aduerſus ep̄m, nō diacon⁹ aduerſus p̄br̄m, nō ſubdia. aduerſus diaconū, nō acolit⁹ aduerſus ſubdiaconū, nō exorciſta aduerſus acolitū, nō lector aduerſus exorciſtā, nō hoſtiari⁹ aduerſus lectorē det accuſatōem aliquā, & nō dānabiť p̄ſul niſi in. lxxij. Neq; p̄ſul ſumm⁹ à quoq̄ iudicabiť, q̊niam ſcriptū eſt. Nō eſt diſcipulus ſuꝑ mgr̄m, p̄br̄ aūt cardinalis niſi. xliiij. teſtibus non dānabiť, diaconus cardinarius cōſtructus vrbis Ro. niſi in. xxvi. nō dānabiť, ſubdiacon⁹, acolit⁹, exorciſta, lector, hoſtiarius niſi ſicut ſcriptū ē, in ſeptē teſtibus nō dānabiť. Teſtes aūt & accuſatores ſine aliq̄ ſint infamia vxores & filios habētes, & omnino Chr̄m p̄dicātes teſtimonium laici aduerſus clericū nemo recipiat, nemo em̄ clericū quēlibet in publico examinare p̄ſumat niſi ī eccl̄ia. ¶ Nemo em̄ cleric⁹ vel diaconus aut p̄br̄ ꝓpter quālibet cām intret ī curiā, nec an̄ iudicē cinctū cām dicere p̄ſumat, qm̄ oīs curia à cruore dr̄ & īmolatione ſimulachroꝝ. Et ſi quis clericus accuſans clericū in curiā introiuerit anathema ſuſcipiat. Hæc inter cætera in p̄dicta oīm cōſulta cōſtituit ſynodo, vt ſacrificiū altaris nō in ſerico pāno, aut tincto quiſquā celebrare p̄ſumeret, ſed in puro lineo ab ep̄o cōſecrato terreno ſcꝫ. lino ꝓcreato atq; cōtexto ſicut corp⁹ dn̄i nr̄i Ieſu Chr̄i ī ſyndone mūda ſepultū fuit. Et ſi q̄s deſideraret in eccl̄ia militare, aut ꝓficere, vt eēt prius hoſtiari⁹, deīde lector, & poſtea exorciſta ꝑ tp̄a q̄ ep̄s cōſtituerit, deinde acolitus annos quinq;, ſubdiacon⁹ quinq; annis, cuſtos martyꝝ annis quinq;, diacon⁹ annis quinq;, p̄br̄ annis tribus ꝓbatus ex oī ꝑte in tm̄ vt etiā ab his qui foris ſunt teſtimoniū habeat bonū vnius videlicet vxoris virum q̄ tn̄ à ſacerdote ſit bn̄dicta, & ſi ꝓbatus fuerit dign⁹, & vota populi & cleri cōcurrerīt canonicæ ep̄s cōſecreť, quē poſtea nec clerus, nec populus ꝑturbare debet, quia ep̄i qui throni dei vocātur nō ſunt lacerādi de quibus ait Beatus Paulus apl̄us. Seniorē ne increpaueris, ſed vt patrē obſecra, legimus nāq; ip̄o dn̄o dicēte nō eē diſcipulū ſuꝑ mgr̄m, hoc ē nō ſibi debere quenq̄ ad iniuriā doctoꝝ vindicare doctrinā, nec aliq̄ machinatōe dn̄i diſcipulos, i. apoſtoloꝝ ſucceſſores detrahere aut infamare, quia iniuria doctoꝝ ad Chr̄m ꝑtinet cuius vicæ legatōe fungūtur, q̄liter em̄ dn̄m cōtriſtēt, qui hoc agere p̄ſumūt dn̄s in euāgelio teſtať, ait em̄ ip̄e ſaluator q̊d expediat ſcādalizāti vnū de puſillis iſtis in maris ꝓfunda demergi, & molā aſinariā collo eius ſuſpēdi. Si talis ergo pœna dn̄i diſcipulos ſcādalizātibus ꝓmittiť, quid in futuro eis ꝓuenire debeat ſummopere p̄ēſandū eſt, qm̄ nō paꝝ periculi illis manere poterit ante dn̄m, qui hæc detrectēt ſuis exhibere miniſtris. Qđ ita demū ꝓbare poterit, ſi deū timeāt qui talia exercere minime formidāt, ſi īpoſito ſibimet īprobo ſilētio à talibus ſe deinceps cuſtodiant, quia nihil prodeſt hoī reliq̄ bona agere niſi mēs ab īiquitate reuoceť, & ab obtrectatōibus lingua cohibeať. V n̄ ait propheta. Cohibe linguā tuā à malo, & labia tua ne loquātur dolū, diuerte à malo, & fac bonū. Nemo em̄ bonū faciēs, alteri verbo, aut facto nocere vult & reliqua. Hic in memorata cōſtituit oīm cū cōſenſu ſynodo, vt nullus p̄br̄ miſſas celebrare p̄ſumat, niſi in ſacratis ab ep̄o locis qui ſui ꝑticeps de cætero voluerit eſſe ſacerdotij. Et pietatis affectu hic ſc̄tiſſim⁹ papa ſubgeſta ſynodica reuocauit apl̄ica autoritate multos ab alijs ep̄is excōicatos, & à tyrānis eiectos ad cōionē, & reſtituit eos in eccleſiis quibus fuerāt olim inſtituti ſub ſatisfactione, atq; purgatos eos recepit dās exēpla futuris eruēdi ſacerdotes de ꝑſequentiū manibus. Cōſtituit etiā nulla ratione tranſmarinū hominē penes nos